



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XXIX. Cur non solùm bonos, sed etiam malos sinat honorari Deus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

Ex Anastasio
eandem ex
scripsit Card.
Baron. tom.
8. An. Christi
1599.

tione de sacra synaxi, quam Achilles Statius Lusitanus in Latinum à se conuersam sermonem obtulit Gregorio XIII. Pontifici Maximo Anno Christi 1579. in qua oratione hanc historiam his verbis refert. *Vir unus ex ijs qui monachali insigniti sunt schemate, cum negligentissime per summum otium vitam suam omnem egisset; ea qua esset ad mortem, infirmitate cepit infirmari. Cumq; iam ultimum spiritum duceret, suam ipsius mortem nequaquam perhorrescens, summam voluntate, magnaq; cum gratiarum actione exolutus vinculis excedebat. Ad quem assidentium Patrum unus: Frater, inquit, persuasum tibi habeto, & putasse nos, & vidisse summam negligentiam, animiq; remissione vixisse te utiq; ad hoc usque tempus: & unde hac tibi nunc tanta securitas, id verò omnes nescimus. Cui respondit Frater: Est ita omnino, Patres, vitam per summam negligentiam duxi: sed Angeli Dei eadem hac ipsa hora peccatorum meorum ad me chirographon attulerunt, cumq; ea qua fecissem postquam saculo renuntiassem peccata legissent, numquid agnoscerem, rogauerunt. Quibus ego: Maxime verò, inquam, agnosco: sed idem ex quo renuntians saculo, vitamq; instauram monasticam, nec iudicari quemquam, nec ab ullo mihi factam iniuriam meminisse volui. Igitur Domini verba ad me quoq; pertinere opto & oro, qui dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: & dimittite, & dimittetur vobis. Qua postquam Angelis dixi, chirographon peccatorum meorum considerunt: & inde nunc summam cum latitudine & securitate proficiscor ad Dominum. Hac ubi frater ille narrauit Patribus, Domino in pace spiritum reddidit, magnaq; astantibus edificationis utilitatisq; causa & auctor extiruit. Est nunc aliquis, & conqueratur de Deo permittente, vt homines spernantur, iniurijs, contumelijs, sexcentis despectibus obruantur; hæc omnia seges sunt patientiæ, gloriæ, & coronæ cælestis metendæ.*

CAPVT XXIX.

*Cur non solum bonos, sed etiam malos sine
honorari Deus?*

I.

Honos honoribus afficiendos esse, omnes leges iubent, omnes historiae clamant, ipsa ratio & natura suggerit. De legibus id constat ex dictis supra. Diuina enim leges sunt: *Honora patrem tuam, & matrem tuam. Honora per senem senem.*

Exod. 20. 12.

Leuit. 19. 32.

1. Tim. 5. 3.

senis. Viduas honora, &c. Historiæ pænè nullæ sunt, quæ non narrent, honores dignis decretos, aut collatos esse; aut accusent eos, à quibus illi bene meritis negati ablatiue fuerunt. Ratio autem atque natura dicitur, vt verè, hoc est, id quod res est, iudicemus, bonamq; de bonis opinionem concipiamus; eiq; coram alijs testimonium impertiamur, quod est eos laudare, atq; honorare. Quod sanè facere, non tantùm veritatis amore, sed etiã virtutis iure obligamur; vsque ad eò, vt qui tacet, vbi alter laudandus est, iniustus esse, alteriq; iniuriam facere censeatur. Qua in re multi grauitè delinquant, & silendo detrahunt de laude aliorum. Perinde enim est, siue laudanda celes, siue celanda diuulges; & par malitia, siue vitia alterius prodantur, siue virtutes supprimantur, quando nulla, quæ excuset, causã subest, siue in silentio, siue in manifestatione. Si exempla querimus, ipse Deus illos honorat, & diligit, qui illicita fugiunt; aitque: Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. Et de bene certantibus ait insignis ille heros:

Nullus in hoc numero mihi non donatus abibit.

Illud solùm hîc monendum est, ne ordinem honoris prætereamus, præsertim in rebus, quæ sunt alicuius momenti. Vt enim, etsi omnes in necessitate, qui volunt facere, quod facit Ecclesia, baptizare possint, haud tamen decet laicum id officium facere, si adest clericus; nec subdiaconum, si adest diaconus; neque diaconum, si adest sacerdos; ita in alijs quoque officijs ac dignitatibus demandandis, aut honoribus distribuendis, semper attendendum est, ne indignior digniori præferatur. Væ illis, qui in gradibus, ac muneribus dandis iniuste iudicant, quia iuste damnabuntur. Si quidem pondus & pondus, mensura & mensura: vtramq; est abominabile apud Deum. Duplex enim pondus quàm plurimi habent; vnum, quod eos inclinac ac trahit, quò fauor & affectus inclinac ac trahit, vnde ijs dignior est, qui charior est;

Tutatur fauor Euryalum, lachrymaq; decora:

alterum, quò appenso, parum momenti obtinent, qui vel adulatione, vel munerum largitione, vel affinitate, alijsq; artibus parum gratiæ acquisuerunt. Qui iustus est, erga omnes eadem mensura vitur, remq; suis momentis expendit, neque alia mensura vitur domi, alia foris; alia erga Titum, alia erga Sempronium,

S. Augustin. Dominie 1. in 40. serm. 1. 1. Reg. 2. 30. Virgil. 5. Æneid.

II.

Prou. 20. 10.

Virgil. lib. 5.

Vn

Rex

Rex Iuppiter omnibus idem. Agebatur aliquando de successore in magnæ tiaræ Principem eligendo. Ibi duo fratres erant, quibus inter ceteros ius eligendi competebat. Cùm itaque diu non conuenirent suffragia, & alij quendam de senioribus, sed haud castæ famæ; alij iuniorem, doctiorem, sobrium, castum, pudicum velent euehere, vota in ambiguo nutauerunt. Postquam igitur intellexi, illos quoque ipsos fratres magno sanguine & stemmate oriundos, calculo dissensisse; qui si conspirassent, facillè potuissent controuersæ finem imponere: interrogauit eorum alterum mihi familiariorum, utri ipse suffragium dedisset? Seniori, inquit, Institi quærendo, An nihil de publica illius fama audisset? Audisse se respondit. Quæsiui tertio, Num eum putasset esse digniorem? Nequaquam, dicebat, sed alia mihi causâ fuit huius eligendi, Nam sciebam à fratre meo suffragando faueri iuniori, idcirco mihi pro seniore eligendo fuit laborandum. Quàm diu enim vota in æquilibrio fluctuarunt, incertum erat, quisnam tandem futurus esset Princeps. Ita igitur apud me statuebam: si uterque nostrum accesserit voto ad iuniorem, eligatur autem senior, uterque semper pessimo erit apud Principem loco. Iam verò hoc pacto, siue senior iuniori, siue iunior præferatur seniori, semper vnus fratrum bonam habebit gratiam, poteritque alterum excusare, ac Principi conciliare. Hic nunc stilus est, hæc Mundi consuetudo, ita dexterè nauem agere, ut in vtramque possit ripam applicari. Hæc ille ipse, qui fecit, cùm mihi retulisset, fleti, obstupui, & aliquando tacitus mecum quibus verbis rei indignitas explicanda esset, cogitavi. Vbi animum satis collegi, Quæso, Domine, dixi, si tãne hæc esse, credere debeo, ad simplicitatem meam ludificandam, an reuera hoc ingenio vsi estis ambo fratres? Nihil fingo, inquit, rem, ut gesta est, narraui ipsissimam. Ita nunc viuitur; hæc Politia est nostra, sine qua, qui vult in aulis, & inter homines Politicos degere, numquam æstimabitur, numquam in numero, aut loco erit. Tum ego: At quid Deus dicet? Deus, inquit, bonus est, facillè se nouit moribus hominum accommodare. Itãne ergo, inquam, Deus se se nobis, non nos Deo debemus accommodare? ita quisquis ius habet suffragij, in eligendo Principe, non Rempub. sed semetipsum, suaque, non communi.

communitatis commoda debet spectare? Ita Ecclesiæ Dei prospicitur, ut ei non qui omnibus, sed qui vni proficit, præficiatur? ita nulla bonæ famæ, nulla morum, nulla eruditionis ratio habetur? vbi iustitia? vbi publici boni amor? vbi veritas? Qui enim aliquem elegit, ipso suo suffragio dicit, illum eligo, quem iudico digniorē. Si ergo illum eligit, quem scit esse indigniorem, mentitur. Quia & totam communitatem exponit periculo pereundi. Idem enim facit, atque ille, qui nauem vectoribus plenam committit nauicero imperito; aut qui exercitum credit duci vœcordi; vno verbo, qui ouium gregi lupum constituit custodem. Deniq; cum ab vno sæpe pastore tali multa millia pendeant animarum, quanti exitij causa est, qui causa est, ut malus pastor eligatur? Et ad hoc nihil dicit Deus? tacebit Christus, si videat Ecclesiæ suæ non dari sponsum, sed mœchum? Hæc vbi pluribus explicauimus, subiicit ille: Mi Pater, non venit nobis in mentem ista considerare: omnis nostra cogitatio est, *Quid in rem sit nostram. Ah, nolite considerare, in-* quiebam ego, *in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* Non rarò contigisse memini, ut, diuina Nemese ita agente, isti tales suis ipsis promotoribus fiant infensissimi. Rectè igitur & sapiunt, & faciunt, qui in honoribus dispensandis iustitiæ normam seruant.

Ante omnia tamen tenendus est ordo is, qui inter Deum & homines intercedit. Ad quem attendens Petrus & Apostoli dixerunt: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Ergo etiam hominibus, quando Deo non aduersantur: nam illi à Deo autoritatē acceperunt. Vnde, teste D. Bernardo, *sive Deus, sive homo Vicarius Dei mandatum quodcumq; tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen contraria non precipit homo.* Quod ostendit D. Basilius alijsq; ex humanis negotijs, in quibus obedientia inferiori magistratui negatur, quando contraria est superiori. Hinc serui dominos suos debent honorare, atq; audire, sed tam diu, quàm diu nihil contra diuinum honorem præcipiunt. Ita & coniuges, & amici, vsque aras debent esse amici. Ita Balaam, non quod regi placuisset, sed quod Deus iubebat, locutus est, benedixitq; ijs, quibus Deus voluit benedici. Nec Machabæi tyranno, sed Deo obedierunt. Quin vbi de Dei honore

Psal. 145. 3.

III.
Act. 5. 29.

S. Bern. de præcept. & dispens.

S. Basl. Reg. 7. ex breuior. & 114.

Num. 22. 18. 32. & cap. 23. 8. 12. 26. 1. Machab. 3.

V u 2

agebatur, 19.

Theodoret.
lib. 2. hist.
cap. 22.

agebatur, palàm Principibus restiterunt Ambrosius, Basilius, Hilarius, Chrysostomus, Martinus, Thomas Cantuariensis, & apud Theodoretum Berocœnsis quidam Christianus princeps Apostatae Iuliano. Quin & aulici illi, Ioannes & Paulus à Iuliano in numerum familiarium inuitati, liberè negauerunt, se apud eum esse uelle, qui à IESV Christo defecisset: & Terentiano dixerunt: *Si tuus est dominus Iulianus, habeto pacem cum illo: nobis alius non est, nisi Dominus IESVS Christus.* Gregorius quoque Magnus restitit Mauritio leges ferenti, cum Ecclesiastica potestate pugnantem. Eundem ordinem seruauerunt, ut Deo magis obedirent, quàm hominibus, omnes Martyres, qui tyrannis impia exigentibus non solum non paruerunt, sed etiam fortissimè restiterunt. *Valde peruersum est, ait*

S. Bern.ep.7. S. Bernardus, *prosteri te obedientem, in quo nosceris superiorem, propter inferiorem, id est, diuinam, propter humanam, soluere obedientiam. Quid enim? quod iubet homo, prohibet Deus, & ego audiam hominem, surdus Deo? Non sic Apostoli, clamant quippe dicentes: Melius est obedire Deo, quàm hominibus. Quàm displiceat vehementer Deo, si ipso contempto, iussa hominum faciamus, ostendit in Adam, cui dixit: Quia audisti vocem uxoris tue, & comedisti de ligno, et quo praceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, &c. Inde labor, inde sudor, inde spinæ & tribuli, inde mors, & peccatum in omnes posteros eius propagatum.*

Gen. 3. 17.

IV.

Quid ergo fiet illis, qui idcirco Deum non honorant, quia parentes contrarium iubentes nolunt offendere? Scat hinc Christus, & annuit tibi, ô iuuenis; inde mater, & retrahit te? Cur finis matrem Deo esse fortiorem? Veniam, ais, & dabo Deo gloriam, seruiamque illi, sed ne offendam senem parentem, sinam illum prius emori, tunc liber euolabo ad Crucem Christi. Quis tibi dixit, ô iuuenis, patrem tuum, aut matrem ante te mortuorum? Nonne audiisti vnum è discipulis eius dicentem: *Domine, per mitte me primum ire, & sepelire patrem meum?* quid illi IESVS respondit? *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Fides cordis eius Domino se ostendebat, ait S. Augustinus, sed pietas differbat. *Domine autem Christus quando parat homines Euangelio, nulli excusationem vult interponi carnalis huius temporalis quæ pietati. Equidem, & lex Dei habet, & ipse Dominus arguit Iudeos, quia destruebant*

Matth. 27.

S. Augustin.
serm. 7. in
Euang. se-
cundum Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

hant ipsum mandatum DEI. Et Paulus Apostolus in epistola sua posuit
 & dixit: Hoc est mandatum primum in re promissione: Honora patrem Ephesi. 6. 1
 tuum & matrem tuam; Deus utique dixit. Volebat enim iste iuuenis
 obtemperare Deo & sepelire patrem suum: sed est locus, & est tempus,
 & est res, quæ huic rei, huic tempori, huic loco seruiat. Honorandus est
 pater, sed obediendum Deo est. Amandus est generator, sed preponen-
 dus est Creator. Ego (inquit) ad Euangelium te voco, ad aliud opus mi-
 hi necessarius es. Maius est hoc, quàm quod vis facere. Sine mortuos
 sepelire mortuos suos. Pater tuus mortuus est, sunt alij mortui, qui se-
 peliant mortuos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? Potestne mor-
 tuus à mortuis sepeliri? Quomodo innoluunt, si mortui sunt? Quomodo
 portant, si mortui sunt? Quomodo plangunt si mortui sunt? Et innol-
 uunt, & portant, & plangunt, & mortui sunt, quia infideles sunt. Do-
 cuit nos quod scriptum est in Cantico Canticorum, dicente Ecclesia. Ordi-
 nate in me charitatem. Quid est, ordinate in me charitatem? Facite
 gradus, & cuiusque debetur restituite. Nolite anteriora posterioribus
 subdere. Amate parentes, sed preponite Deum parentibus. Attendite
 matrem Machabæorum. Fily, inquit, nescio quomodo apparuistis in
 ventre. Concipere vos potui, parere potui, formare vos non potui. Il-
 lum ergo audire, illum mihi preponite. Nolite attendere ne sine vobis
 remaneam. Precepit, & secuti sunt. Quod docuit mater filios, hoc do-
 cebat Dominus IESVS Christus istum cui dicebat, Sequere me.

Par est utique Christianos Numini magis addictos esse, atq;
 illius honori plus tribuere, quàm Gentiles; qui tamen nec ipsi sæ-
 pe, licet alioqui subditi, si quid contra leges & rationem præce-
 ptum esset, Principibus suis obedire; immò nec Principes sibi ob-
 temperari voluerunt. Celebratur meritò illud Antigoni regis Manut. in
 Macedonum, adulatori, omnia regibus honesta iustag, esse, dicenti, Apoph.
 responsum: Sunt (per Iouem) barbarorum dumtaxat regibus: at nobis
 ea dumtaxat honesta sunt, quæ honesta sunt: & ea tamen iusta, quæ ius-
 ta sunt. Sicut ergo barbari nullo discrimine habent, honestum ne,
 an inhonestum sit aliquid; ita qui sapiunt ad sobrietatem, ad
 id maxime attendunt, quis sit, qui iubet, & cui primi, cui secun-
 di honores debeantur. Quòd si parentes, si cognati, si domini
 aliquid imperent, quod Deo sit aduersum, illicò cum Petro & Io-
 anne dicunt: Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quàm Act. 4. 19.

Manut. loc.
cit.Thom. de
Kenp. lib. 3.
de imit. Chri-
sti cap. 40.

Deum, indicate. Enimuerò etiam ipse magistratus, qui rectè sentit, nequaquam vult se magis, quàm Deum honorari, aut sibi obediri, contra leges Dei. Legimus Antiochum III. ciuitatibus scripsisse: *Si quid per litteras inberet legibus repugnans, ne curarent, perinde quasi ipso nescio scriptum esset.* Quoties igitur duo, vel plures concurrunt, qui simul eiusdem officij, aut honoris non sunt capaces, utique iustitia distributiua exigit, ut dignior præferatur. Maxime autem, quando de Religione agitur. *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Semper autem quando inter Deum & hominem honoris trutinam agitur, ita loquitur cultor pietatis: *Est vera gloria, & exultatio sancta, gloriari in te, & non in se: gaudere in nomine tuo, non in propria virtute, nec in aliqua creatura delectari, nisi propter te. Laudetur nomen tuum, non meum: magnificetur opus tuum, non meum: benedicatur nomen sanctum tuum, nihil mihi autem attribuat de laudibus hominum. Tu gloria mea, tu exultatio cordis mei. In te gloriabor & exultabo tota die, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.*

VI.

Maior quæstio est, cur indignis immeritisque Deus permittat honorem obtingere, & verò ipse honorem offerat? cuius rei multæ sunt causæ iustissimæ, quarum nonnullas, suprâ iam perstrinximus. Nam. 1. Ex parte hominum. 2. ex parte dæmonum. 3. ex parte Dei causæ possunt assignari. Ex parte hominum, ignorantia, malitia, fortunâ, indigni honore honestantur. Ignorantia enim multos euehit, qui putantur pij, prudentes, docti, cum sint sceleribus pleni, bardi, rudes; quod si constaret, utique non extollerentur; & si tam facile esset eos de gradu deicere, quàm est illis gratum poni in alto, non utique multi soles occiderent, nisi sceptrâ, aut quemcunque clauum tenentibus. Cumulantur alijs honores, quorum improbitas non est occulta, quorum stoliditas, quorum ruditas est satis cognita; malitia mortalium est adeò projecta, ut mandare honorem vel indignissimis non vereantur. Dummodo sit charus, dummodo fauorem, vel suffragium emerit aliquis; dummodo sanguine vel amicitia sit iunctus, iam magistratus iam folio dignus perhibetur. Atqui libero hominem arbitrio esse par est; potest igitur vel malitiâ uti, vel iustitiâ in officijs titulisque largiendis. Cuius rei vbique se se offerunt agminatim exempla.

Adcò,

Adeo, vt plures passim, qui immeriti, quàm meriti ascenderint, ad honorem, reperiantur. Vnum strictim dabo exemplum, in quo malitia humana, contra suam voluntatem, alterum extulit. Prior quidam Ordinis nostri, ait Cæcilius, defuncto Abbate suo ad abbatiam aspirans, cum tempore electionis à Visitatore, sicut ceteri seniores, de persona idonea interrogaretur, non corde columbino, monachum quemdam de domo eadem ob infamiam eiectum nominauit; sciebat enim Prioris auctoritatem non esse modicam, & si aliquem de Conuentu nominaret, per hoc suam electionem posse infirmari, & se in suo desiderio impediri. Factum est, nutu, vt creditur, diuino, vt ceteri, eius exemplo, eandem personam eligerent, dicentes intra se; Prior oculus noster nec talem personam nominasset, si ei de illius innocentia non constaret. Fortè fidem Prior simpliciter ambulasset, factus esset Abbas. Et satis puto, quantum ex verbis cuiusdam Abbatis, qui mihi retulit conyicio, quòd tantum fuerit cruciatus in eiusdem monachi promotione, quantum ille tribulatus extiterat in sua eiectione. Ecce si astutos & doloſos punit etiam in presenti Deo, de tribulatione, confusione, & deiectione Prælatorum Ecclesie, hodie magis quàm ante nostra tempora abundant exempla. Et hoc fortè ideò, quia DEI voluntas in illorum promotione non fuit. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Verba sunt Dei per os Osee propheta. Denique si quidquam fortes, si fortuna, si casus in hominibus potest, etiam hac via ad dignitates gradiuntur.

Si fortuna uolet, sis de Rhetore Consul:

Si uolet hac eadem, sis de Consule Rhetor.

Dæmon quoque sæpenumerò est author, vt boni non succedant, & eorum loco mali honoribus floreat, occupentque & nomen, in Republica, & dignitatem. Sic alios à virtute auocat, alios illicit in vitia; alios, ne veritatem videant, inescat vanitate. Henricus Teutonicus, vir æquè pius, ac doctus, in Ordine Patrum Dominicanorum, prouinciæ Transmarinæ præerat. Visitabat iugiter de more aliquando Ptolemaidem, quæ alio nomine Aco, & Accon solet appellari. Ea in ciuitate, cum apud Fratres suos esset, à cœna, eos pia adhortatione reficiendos extra cœnobium duxit, in amœnum quemdam locum, ad occiduam vrbs partem propter mare situm. Iam in orbem omnes humi confederant, cum à litore

Cæcilius. lib. 6. illustr. mirac. cap. 20.

VII.

Thom. Cantipr. lib. 2. Apum. c. 57. §. 29.

tore cœpit quædam exoriri nebula, quæ sese longè lateque super mare diffundebat. Sed mox iterum, cælo serenato, dissipata est. Ea dispulsa, visendum apparuit spectaculum. Mons enim eximie altitudinis è fluctibus videbatur emeruisse. Super montem, per gyrum, admirabilis quædam erat structura, in modum castrorum ambitu, turribus, ac palatijs decentissima dispositione circumposita. Ab hoc castro, vsque ad littus pons ingens porrigebatur, quem equites, peditesque, diuerso ornatu atque figura, ascendere, atque descendere putabantur. Potuit tale spectaculum, non solum oculos tenere, verum etiam pedes allicere intuentium. Quamobrem etiam Fratres eius montis aspectu attoniti herabant. Henricus igitur, *Surgamus, Fratres, inquit, eamus ad orationem, illud enim diabolus oculis nostris, ut curiositate nos teneat, & à Dei opere torpeamus.* Quidam illico secedebant, quidam curiositate ducti, inibi permanserunt euentum rei expectantes. Tam diu ea res visa est, donec inter diem & noctem calum crepusculasceret. Tum igitur rursus nebula de littore propagata & montem & mare tetexit; moxque iterum dissipata est. Ea dissipata etiam mons, & muri, & palatia, & omnis pompa umbratilis videri desierunt. Talibus illecebris fallere homines Orcus solet, & à diuinis rebus auocare. Tales nebulas, tales umbras, tales arces, & muros, & palatia in aère edificare, & nescio quos non montes aureos, & coronas aureas, aut torques aureos hominibus promittere; vt ijs inescati muneris & virtutis suæ obliuiscantur. Nec desunt illi modi. Nam & promouentium iudicia corrumpit; & quædam etiam Scygiæ subinde arte largitur promouendis, vt fascinet promotores. Quo pacto Loysio Gaufredi, omnium magorum antesignano, auctoritatem maximam apud Gallos conciliauit, sed tandem in fumum, & ignem, & infernum desituram. Cuius plus quàm tragica facinora, & miserandum interitum alibi recensui. Vix aliquid simile vidit orbis.

VIII.

Deus autem multas & æquas causas habet, ob quas impios, & ineptos, & immeritos, & prorsus indignos vel ipse ad honores promouet, vel ab alijs sinit promoueri. 1. Ne homines, in hac vita, iudicentur ex honoribus, sed ex virtutibus. Si enim etiam indigni sciuntur honoribus atque opibus peruigere; & digni ijs carere;

rere; nemo idcirco malus debet existimari, quia gloria, aut officio honorifico caret; neque idcirco bonus, quia gloria aut dignitate floret. 2. Grauiſſima Dei pœna est, qua plectit populum, si ei det præficiatque malum ducem; sæpe enim vnum exaltat, vt alterum humiliet. *Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confunderis, & erubesces ab omni malitia tua.* Quidam episcopantur in cunis, hoc est, mitra honestantur, quia grex alium pastorem non meretur; nec populus alium regem. *Va tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt.* Sicut grauiſſimus dolor est, quando caput ægrotat, ita grauiſſimum pœnæ genus est, si in honores ascendant summos, non digni, multa enim committunt indigna; tantoque maior est clades, quantò altior gloria malè gubernantis. 3. Sinit Deus quosdam fulgere honoribus, vt in eis mutet mores. Multi enim antea priuati, haud magna sanè vel fecerunt, vel promiserunt, qui postea, ad officia magna admissi magna præstiterunt; videbant enim, alium statum aliam vitam exigere. Et experti sumus, non solum multos, potestate factos insolentes, sed etiam non rarò alios ipsis titulis maioribus emendatos. Mirati sunt multi, aliquos non præter propter honestatem viuere in Episcopatu, qui cùm Canonici essent ita vitulabantur, vt omnibus lachrymis deflendi essent. 4. Honestas adhibetur inhonestis, vt, sicut in corpore humano membra tantò abundantius, quantò magis inhonesta sunt, à velamine honestentur. *Eorum quippe honestas & honor est velamentum.* Multi mali, ignaui, nihil boni haberent, si officio nudarentur. Sic ergo munere, quo funguntur, eorum tegitur turpitudine. Et sæpe fit, vt saltem minùs sint mali, aut aliquid de improbitate remittant. *Quemadmodum & pueris dant crustula blandi*

Doctores, elementa velint vt discere prima.

5. Ad beatitudinem omnes nati sumus, ad quam & aspiramus; sed non omnes ad veram. Hinc qui vel ignorant, vel non curant veram; falsa contenti sunt, ad quam auidissimè anhelant. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est inspiens cor eorum: dicentes enim, se esse sapientes, stulti facti sunt.* Quàm stulti? vt

Jerem. 21. 22

Ecclef. 10. 16.

S. Augustini
lib. 4. contr.
Pelag. c. 16.

IX.

Rom. 1. 24.
Ibid. v. 21.

XX

ti? vt

Plin. lib. 3.
ep. 5.

et de consil.

Ibid. ep. 19.

et de consil.

X.

et de consil.
et de consil.
et de consil.

Psal. 48. 12.

XI

et de consil.
et de consil.

ti? vt scriberent: *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui bona mansuraeque fama presumptione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria viuat, ac nihil nisi praemium aeternitatis ante oculos pingue illud altumque otium placet. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare. Et illos quidem contendere, & non remitti. Tum hos quiescere, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare (vt video multos) misera simul & ingrata imagine inuoluntaria ad mortalitatem sui peruenire. Et. Omnes ego qui magnum ali- quod memorandumque fecerunt, non modo uenia, uerum etiam laude dignissimos iudico, si immortalitatem quam meruere sectantur, uisumque nominis famam, supremam etiam titulum prorogare nituntur.*

Ita loquitur Gentilis, acque ij, qui quodam ueluti rudimento delirij tenentur, & uel gentilitia insignia, uel nomina sua ubique aut affigunt, aut ascribunt, ad honorificam operis a se facti recordationem. Quod etsi subinde necesse sit, ut in libris praesertim ad cauendas imposturas (quamuis etiam doctissimus author, qui se *Idiotam* praemodestia uocat, nomen suum suppressit) aut etiam in quibusdam alijs rebus, quibus artificis nomen addit pretium & auctoritatem; tamen plane plurimorum nimia est scitis, studiumque omne (ut in Traianum iocabatur Constantinus Magnus, apud Aurelium Victorem) in eo locatur, ut quasi parietariis muris omnibus adhaerescant; adeo, ut si aliter non possint, uel creta, uel carbone, uel rubrica nomen suum omnibus muris impingant. Et sui in uico, ubi mihi magnae dignitatis Dominus patibulum ostendit ligneum recens erectum, in quod rustici senatores omnes cultris sua nomina incidere uoluerunt, ut non solum pro quibus, sed etiam a quibus ea crux aedificata esset, palam omnibus, etiam posteris constaret. Hanc uanitatem uicio uertit, & in diuitibus deplorans Dauid ait: *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* In quem locum Basilii ita disserit: *Nonne uides eos, qui fora & gymnasia in ciuitatibus aedificant, muros excitant, aqueductus adornant quo pacto eorum nomina hisce sint indita aedificijs terrenis? Iam uero & sua ipsorum nomina inusserunt equorum armentis; commenti modum quo in longum uita sua tempus, sui memoriam nominis prorogarent. Quia & in sepulchris inscripserunt sua ipsorum nomina, monumentis ad propria ostentationem magnificentiae. Hi sunt, qui terrena, praesertimque gloria*

riam temporis sapiunt, ac per hominum ora volitare tantum student, atque ista satis esse ad felicitatem putant.

Cuius animi etiam fuit Sostratus Gnidius architectus, qui, teste Æliano, Ptolomæo regi fabricatus maximam illam pulcherrimamque in Pharo Ægypti turrim, vnde nautis nocturna lumina ostenderentur, suum quidem nomen in lapide muri ipsius clam incidit: calcem deinde superinducens, Regis nomen inscripsit; fore id, quod accidit, auguratus, vt non multò post litteræ illæ cum lorica sua defluerent, atque insculptum saxo nomen suum appareret. Hæc autem erat inscriptio: *Sostratus Dexiphani Gnidi dijs salutaribus, ob nauigantes.* Ad hunc modum multi, qui sæera quoque docent, qui concionantur, qui pia scribunt, ad speciem quidem, honorem Dei præ se ferunt, re autem ipsa semet quærunt, nam si ijs laruam detrahas, inuenies eos, non Dei, sed suum honorem quæsiuisse. Quod tum demum apparebit, quando omnia, quæ gessimus in vita, totius Mundi oculis nuda & aperta erunt. Quid de his aliud dicas, quàm *repperunt mercedem suam?* quam scilicet quæsiuerunt. Neque conqueri possunt, si habent, quod quærunt. Quibus illud Isaïæ dici potest: *Post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum.* Et quam diu perennabit nomen muro inscriptum, aut insignia per parietem vndique depicta? donec calx iniecta decidat, donec saxa putredine exesa fatiscant.

Non est hæc perennis memoria. Fortasse neque memoria est ad laudem. Quicumque enim vel columnam, vel statuam, vel pyramidem, vel domum magnificam, vel aliud splendidum monumentum aspicient, ex rapinis, vel alijs iniustis pecunijs ædificatum, admonebuntur, & indignabuntur avaritiæ eius, qui nomen suum inscripsit, aut insignia sua apposuit. Audi S. Chrysostrum: *Homo, ait, qui nosti vitam futuram, & bona illa ineffabilia, & quod ex dicto Evangelico iusti tunc fulgebunt sicut sol, quamnam veniam assequeris, quomodo te defendes; quod non supplicium patieris, qui hic omnia consumas in pulvere, in cinere, in monumentis, in hostibus, in inimicis? Vocauerunt nomina sua in terris suis. Ecce aliud genus amentia, adificijs, agris & balneis sua nomina inscribere, putare, se magnam consolationem ex eo accipere, & umbram pro rei veritate persequi. Si enim perpetuam memoriam desideras, ne nomen, ô homo adificijs inscri-*

XI.

Matth. 6. 3.
Isa. 57.
Vide Menoch. lib. 1.
Institut. œconom. c. 22.

S. Chrysostr.
in Psal. 48.
v. 13.



bas, sed trophæa rectè factorum erigas, quæ & in præfenti vita nomen tibi conseruant, & in futura vita immortalem tibi requiem comparant. Si sis memoria cupidus, ego te doceo viam veram & apertissimam: virtutis curam gere. Nihil enim facit nomen ad eò immortale, ut natura virtutis. Id ostendunt Martyres, ostendunt Apostolorum reliquie, ostendit memoria eorum, qui rectè & ex virtute vixerunt. Quot Reges urbes euerterunt, portas extruxerunt, & nominibus suis inscriptis decesserunt, nec tamen eis quicquam profuit, sed silentio & obliuioni mandati sunt? Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniam virtutem est prosecutus, & ciuitatem maximè regiam occupauit, etiam post mortem resplendet Sole clariùs. Quod tu autem facis, est ridiculum, & plenum ignominia. Hæc enim monumenta, non solam non te clarum reddent, sed etiam facient ridiculum, & ora omnium aperient. Edificia enim non sinunt tuam auaritiam, quæ obliuioni tradi poterat, temporis excursu extingui, & stant veluti columna & trophæa erecta aduersus auaritiam. Sunt enim ex aliena pecunia, è pupillorum censu, è decimis Ecclesiæ subductis, è defraudati amici ærario, è furtis, è rapinis extructa. Hæc omnia in memoriam reuocabunt, qui post hæc palatium à te extructum intuebuntur.

XII.

Quod de ædificijs dixit Chrysoströmus, dici potest & de picturis, de cimelijs, de anaglyphis, imò de omnibus rebus pulchris laudemque humanam merentibus, vti & de præclarè gestis, si propter plausum vanumque honorem facta sunt. Quemadmodum enim nulla laus est, esse vanum, ita, apud Christianè prudentes, quicumque illa vel fecerunt, vel gesserunt ad inanes glorias captandas, censentur non præconium, sed vituperium meruisse. Sed ante Christi doctrinam, velut lumen, mundo illatam, cum Ethnici meliorem virtutis vel laboris laude humana mercedem ignorarent, ad honores tantopere aspirauerunt. Quibus ergo nunc erat Deus daturus vitam æternam, ait S. Augustinus, cum sanctis Angelis suis, in ciuitate sua caelesti, ad cuius societatem piæ veræ perducit, quæ non exhibet seruitutem religionis, quam latrariam Græci vocant, nisi uni vero Deo, si neque hæc eis terrenam gloriam excellentissimi Imperij concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitentur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere videntur, ut glorificentur ab hominibus,

S. Augustin.
lib. 4. de ci-
uit. c. 15.

bus, etiam Dominus ait: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Sic & isti priuatas res suas pro re communi, hoc est, republica, & pro ciui arario contempserunt, auaritia resisterunt, consuluerunt patria consilio libero: neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxij: his omnibus artibus tamquam vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in omnibus ferè gentibus: imperij sui leges imposuerunt multis gentibus: hodieq; litteris & historia gloriosi sunt panè in omnibus gentibus. Non est quod de summi & veri Dei iustitia conque- rantur: perceperunt mercedem suam. Merces autem sanctorum longè Ibid. cap. 16.
 alia est etiam hic opprobria sustinentium pro ciuitate Dei, qua mundi huius dilectoribus odiosa est. Illa ciuitas sempiterna. Ubi nullus oritur, quia nullus moritur. Ubi est vera & plena felicitas, non dea, sed donum Dei. Inde fidei pignus accipimus quamdiu peregrinantes eius pulchritu- dini suspiramus. Ibi non oritur sol super bonos & malos, sed sol iustitie so- los protegit bonos. Ibi non erit magna industria ditare ararium publi- cum priuatis rebus angustis, ubi thesaurus communis est veritatis. Pro- inde non solum ut talis merces talibus hominibus redderetur, Romanum Imperium ad humanam gloriam dilatatum est, verùm etiam ut ciues eter- ne illius ciuitatis, quàm diu hic peregrinantur, diligenter & sobrie illa intueantur exempla, & videant, quanta dilectio debeat superna pa- tria propter vitam eternam, sitantum à suis ciuibus terrena dilecta est propter hominum gloriam. Atque hoc præcipuum est argumentum, ob quod omnes honorati meritò metuere debent, ne hic recipiant mercedem suam; cùm & Gentibus Deus honores terrenos contu- lerit in mercedem, quibus non erat daturus vitam eternam. Enimue- rò, quotiescùmque aliquid feliciter succedit, prouidæ mentis ho- mo formidat, ne per huius vitæ felicitatem, æternam amittat fe- licitatem, dicaturque illi aliquando, recepisti mercedem tuam. Vi- deant igitur, qui propter opera sua laudari cupiunt, quam mercedem cupiant, quam omit- tant.

